



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

226. An generales regularium possint, non obstante Bulla Greg. XV. edita  
anno 1623. & Vrbani VIII. anno 1631. præbere subditis licentiam legendi  
libros prohibitos? Ex p. 5. t. 13. & Misc. 1. r. 49.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

pium, & amicissimum Magistrum Lezanam in summas quae regal. tom. i. cap. 1. num. 7. & Castrum Palauum tom. 6. disp. 4. p. 37. num. 22.

8. Sed an ista prohibitione comprehendantur Religiosi facis Ordinibus non initiati, vel Religiosi laici, respondeo cum Machado tom. 2. libr. 5. part. 2. tral... docim. 9. numer. 3. vbi sic ait: [ Si esto se entienda tambien con los Religiosos, los legos y los demás que no son de orden Sacro es dudoso entre los Doctores, Rodriguez y otros affirma que si, iuzgando que los comprende la constitucion referida de Clemente VIII. Si bien Villalobos y otros siente lo contrario, como no interuenia escandalo; fundase, en que como consta de la Bula de Pio V. referida en ella, no estauan comprehendidos los legos, ni los demás Religiosos que no fuesen de orden Sacro; y la declaracion de los demás Pontifices no les pone nuela obligacion.] Ita ille.

9. Non nego tamen sustineri etiam posse Religiosos in Sacris Ordinibus non constitutos comprehendendi in dicta prohibitione. Ratio est, quia licet a Pio V. sint exclusi; tamen a Clemente Octavo videntur comprehendendi; & ita tenet Pater Lezana vbi supra & Pellizzarius in man. Regul. t. 2. tr. 7. c. 2. sect. 3. quest. 17. num. 212.

10. Sed mihi magis placet opinio negativa, quam etiam sustineri Castrus Palauus vbi supra & ad rationem Patris Lezane respondeo, non obstante decreto Clementis Octavi, quia illud decretum non inducit nouam obligationem, sed quae lata erat constitutio Pij, & Gregorii aduersus Religiosos in suo robo relinquit, quoicte intelligendum est de monachis, fratribus, & Regularibus, qui Clerici sunt. Ex his a fortiori inferuntur moniales sub hoc decreto non comprehendendi, quia nullatenus sunt Clerici Regulares.

11. Et ita ex Bonacina, & Villalobos docet Castrus Palauus vbi supra quicquid in contrarium de Monachis alterat Avila, de cens. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 4. consil. 6. Illud est certum nouitios sub nomine regularium in hoc decreto non comprehendendi, quia proprie, & strictè non sunt regulares. Item neque equites militarii Ordinum; etiamque minoribus ordinibus fuerint insigniti, quia explesè excipiuntur in dicta Bulla Gregorij ut notant relati Doctores. Canonici vero Regulares, & Fratres Clerici Ordinum militarii sine dubio comprehenduntur, quia vere sunt Regulares.

12. Et tandem ad ornatum huius materiae astero, festis diebus peccatum mortale esse tauros in circlo, vel in foro agitare, quia hoc prohibitum est Magistratus a Pio V. sub pena excommunicacionis ipso facto incurvante, neque derogatum est a Gregorio XIII. & a Clemente Octavo, sed potius ab illo confirmatum.

13. Verum hanc conclusionem temperant Nauarri cap. 15. num. 16. Ludovic. Lopez in suo instruclor. 1. p. cap. 70. Bonac. d. 2. de cens. quest. 4. part. 7. num. 12. ne procedat in agitatione taurorum ita moderata, vt ex ea sequi probabiliter non possint documenta personalis mortis, vulneris, ossium ruptura, sicuti si praecisè cuspidibus agitarentur, aut cornibus colligari, quia cessat ratio finalis, ob quam haec constitutio lata est, nempe ob vitandas mortes ex predicatione agitatione frequenter contingentes, vt in proemio dicitur. Ex quo sumenda est ratio finalis legis, Argum. l. fin. de heret. institut.

14. Sed hanc limitationem cum Gutierrez non probat Castrus Palauus, vbi supra quia Gregor. XIII. agitationem taurorum permitit, prouiso per eos, ad quod spectabat, ne exinde aliquius mors quoad fieri possit sequatur, & haec permissione non obstante,

prohibet ne diebus festis agitentur. Ergo agitatione taurorum, etiam remotis periculis, diebus festis licita est. Praeterquam quod esto ex agitatione taurorum praefisi ei cupidibus, aut cornibus colligatis non adit æquale periculum, ac si cuspidibus integris liberti, & expediti agitarentur, nihilominus periculum perfectè non viratur, cum possit homines in alium leuare, & in terram prouincere, pedibusque conculeare. Adeo agitationem taurorum diebus festiis non tantum prohiberi ob damna, quæ inde proenire solebant vitanda quam ob honorem festorum, quæ diuinis laudibus, püsque operibus, non autem huiusmodi ludis celebrari, & honorari debent.

15. Hoc autem intelligendum est, si in circo, vel foro agitentur; nam si extra forum, vel circum agitatio fiat, libera fugiendi tauris facultate reliqua, non est locus hinc prohibitionis; eaque de causa communiter diebus festis agitantur tauri per plateas, & calles Ciuitatis funibus longis pedes, vel cornua ligati abique vlo scrupulo, vti tradit Nauart. cap. 15. num. 18.

Alia vero dubia circa presentem materiam non solum in ordine ad Hispaniam, sed etiam extra illam videbis penes Bonacinam, Palauum, Aulam, & alias locis citatis.

### R E S O L . C C X X V .

*An prohibitum sit Regularibus studium iuris ciuitatis?*  
Et notatur, quod sufficiat licentia Prelati facta Religioso ad existendum in studio, nec requiritur consensus conuentus, sed ut plurimum consilium, quod quidem non tenetur sequi. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 79.

§. 1. R Espondeo affirmativè ex cap. 2. ne Clerici, vel Monachi, lib. 6. quando principaliter Monachi, vel Clerici ius ciuale audiunt, secus autem si ad cognitionem iuris Canonici illi studio incumbunt, & ideo ferè omnes Regulares legum studio incumbentes excusari possunt, quia hoc facere possunt in ordine ad melius addicendum ius Canonicum, & ita tenent communiter DD. quos alibi citauit.

2. Tantum hic obiter addam contra Sanchez in summa tom. 2. lib. 6. cap. 8. numer. 82. quod sufficit licentia Prelati facta Religioso ad existendum in studio, nec requiritur consensus Conuentus, sed ut plurimum consilium, quod quidem non tenetur sequi Superior, & ita ex multis docet Hieronymus Rodriguez in compend. qq. Regular. refol. 97. num. 11.

### R E S O L . C C X X V I .

*An Generales Regularium, possint non obstante Bulla Greg. XV. edita anno 1623. & Urbani VIII. anno 1631. præbere suis subditis licentiam legendi libros prohibitos?* Ex p. 5. tr. 1. 3. & Milc. 1. Ref. 49.

§. 1. A Ffirmativam sententiam docet Laurentius Sap. hoc in de Peyrinis in privilegiis Minimorum, tom. 1. const. 9. Pauli V. num. 10. Quia Pontifices superpredicē, vt patet ex lectura Bullarum, loquuntur tantum de licentia particularibus concessis ad legendos libros hereticorum, vel de hæresi suspectorum, seu alijs quomodo cumque prohibitos, non autem de privilegiis Regularibus concessis, neque his derogant. Et in omni casu suspensus, donec corrigantur, non prohibent legi ab his, qui alias habent per & ex illa du priuilegia

cere potes priuilegia facultatem. Ita Peyrinus, Lezana in com-  
quid est sen-  
tiendum sup-  
hoc.

priuilegia faciliat. Ita Peyrinus, Lezana in com-  
p. 10. n. 96. putat hanc sen-  
tientiam speculatius probabilem esse dummodo priuilegia  
Regularium non sint facta vix vocis oraculo.  
Vnde ex hac opinione sequeretur dominos Inquisito-  
res posse hodie legere libros prohibitos, quia hoc eis  
competit ex priuilegio concessio dignitatis, & non per-  
sonae, & dicta Bullæ Pontificia, ut vixim est, tollunt  
licentias quibuscumque periti concessas, non autem  
priuilegia ergo, &c.

2. Sed his non obstantibus amicissimus, & doctissimus Lezana ubi sapr., negatiuam sententiam tenet, quia in predictis Bullis reuocantur facultates concessæ etiam per literas Apostolicas, & alter quomodocumque, in quibus verbis videntur etiam compreheendi priuilegia. Vnde subdit Lezana: Securior est haec sententia, & in praxi consulenda Hinc stan-  
tibus super predictis difficultatibus, ego auerteritur Eminentissimi Principis, & Domini mei Don Francisci Barberini S. R. E. Cardinalis amplissimi, impetravi a sacra Congregatione S. R. Generalis & viuuer-  
alis Inquisitionis licentiam legendi quoquamque damnatorum authorum libros, seu alias quonodolibet prohibitos, etiam damnatos in Indice Romano lib-  
rorum, prohibitorum, quam licentiam authenticam penes me habeo, datam in Conventu sanctæ Mariae super Minerva die 15 Iulij 1636. & registrata hic Panormi in nostro Tribunalis sancti Officij die 20. Augusti, eodem anno 1636.

### RESOL. CCXXVII.

An Regulares possunt eligere in iudices conservatores  
Prelatos aliarum Religionum. Ex p. 9. tr. 9. & Misc.  
4. Ref. 26.

S. 1. A Ffirmatur evidenter respondendum ex his, quæ habentur in Allegatione Ioannis Naldi, quæ penes me impressam habeo pro Patribus Societatis Iesu contra Episcopum Angelopolitanum, ubi sic habetur, §. 80. vñque ad 87. Quod secundum Conservatores à Patribus Societatis electos, fuissent legitimos, & competentes patet attento c. fir. de Iudic. deleg. in 6. In quo Conservatores possunt eligi Episco-  
pi Abbates seu Dignitates, vel Personatus in Cath-  
edralibus, vel Collegiatis Ecclesiis obtinentes. Patres autem praefati obtinente dignitate, & personatum respectivæ, quia Pater Io. de Pareda est Prior Conven-  
tus S. Dominicæ, Pater autem Augustinus Godinez est Definitor Capituli Generalis. Quod Prior Regularis sit dignitas, & caput scriptori Apostolici, patet ex cap. statutum ver. Obiuenientibus de rescriptis in 6. & statu i-  
ture explesæ in Clement. Et si, eodem tit. vbi prior Conven-  
tualis, id est habens sub se capitulum, & collegian-  
tam Ecclesiam, licet non effet electus, sed tantum ad nutum, dicitur effe in Ecclesiastica dignitate constitutus ad effectum ut si capax delegationis Apostolicae, securus effet de priori Claustralib. qui non habet Capitulum, ut bene Glossi vers. Conventualis, & clari-  
tus Glossi in Clement. Ne in agro. §. Ceterum, de statu Monachorum dicit, prioratus Conventualis est, in quo sunt plures collegialiter, & in cap. Nobis fuit vers. Con-  
ventuali Ecclesia, declarat eadem Glossa ad confituen-  
dam conventualem Ecclesiam si efficere, quod plures collegialiter vivant; ad Text. in cap. 1. de elect. id est quod faciunt unum Capitulum, siue unum corpus iuxta dispositionem c. Dilecta de Excessi Prelat. Definitor quoque est personatus, quia maior est priore, & vocem habet in capitulo Generali, quia ad delegationem sufficit præeminentia, quia quis præ aliis datus est in aliqua Ecclesia, vt dicit Glossa in citato cap. Statutum,

ver. Prædictis de rescriptis in 6. c. Quamvis verbis f. q. g. quæ s. f. q. g. Et appetit ex constitutione Clementis VIII. anno 1592. q. incipit, Sanctissimum, & alta f. mili Gregorij XV. de anno 1621. quæ pariter incipit, Sanctissimus in quibus mandata Apostolica talibus de-  
legatur. Et quatenus Definitor non haberet dignitatem sufficientem, sufficit quod prior sit sufficiens, que-  
cum fuerint deputati in solidum, sufficiens quod vixit ef-  
set capax: nam vixit per inutili non viciatur, l. 1. §. sed  
sufficit de verb. obligat. cap. vñile 37. de Regul. sur. in 6.  
quod autem sub pena fuerint electi in solidum, pan-  
ex petitione prouincialis, supra num. 4. in illis verbis in  
principio, Parecio ante Vuestras PP. may RR. o  
antes qualquieras de Vuestras PP. & in fine, à Vue-  
stras PP. iuntay à qualquier de Vuestras PP. pida,  
&c. Iti igitur fuerunt Iudices competentes iure la-  
cros Canones, & de iure communis. Non enim obstat  
Constitutio Gregorij XV. qua in Iudices conservato-  
res demandantur Synodales in Synodo deputati, quia  
in illis regni Iudices Synodales non sunt, vnde ad  
impossibile nemo tenetur, l. Si quis in grani, in pris-  
vbi Bartoli, ff. de Syllan. c. similibus, & quando tales  
non existunt, tunc possunt eligi alii, qui habeant qual-  
itates de iure communis requiritas, hoc est, qui sunt in  
Ecclesiastica dignitate, vel personatus, quales sunt no-  
stri, vt vidimus. Sed quod tollit omnem dubitationem,  
Gregorius XIII in Bulla data 24. Octobris anno 1579,  
concessit quod Societas in Indiis eligere possit loco  
personarum in Ecclesiastica dignitate constitutum,  
quoquis idoneus, & probos viros seculares charactere  
Clericali insignitos, non tamen coniugatos, nec pro-  
pterea dictam Societatem ad certos, & determinatos  
Conservatores obligari, auctoritate Apostolica fa-  
tuit; ex quibus pater, quod erat liberum Societati di-  
gere Conservatores, elegit autem Regularis qui Se-  
culares illi erant iuspecti, cum D. Episcopus Adieci-  
tarius, tunc esset visitator Regius omnes faciliter al-  
suam partem trahebat, vel saltem illius timore contra  
illum nemo procedere praescriebat. Et Patres Domini-  
ciani habent priuilegium a Clemente Septimo sub  
die octauo Martij 1535. in quo conceditur illis, possit  
eliger Conservatores qualcumque personas Ecclesi-  
asticas, Seculares, & Religiosas, etiam in Ecclesi-  
astica dignitate non constitutas, dummodò litterati sint,  
& si non sunt litterati, adhibeant Assessores, & in fa-  
cias ordinibus constitutos. Et haec omnia, vt dixi, ha-  
bentur in s. pr. citata allegatione.

2. Sed ego puto hodie circa praesentem questionem,  
silere omnia Regularium priuilegia, vt optime obser-  
uat ex eadem societate Caltrus Palauus, tom. 3. p. 16. d.  
4. punct. 12. §. 1. r. 9. vbi sic ait: Dixi spectato iure  
communi; nam si specialia priuilegia Societatis te-  
spectentur, quilibet Superior Regularis eligi possit  
in Iudicem conservatorem, vt constat ex Bulla Grego-  
rii XIII. edita anno 1573. cuius memini Mamed  
Rodriguez son. 1. qq. Regular. quest. 6. 5. art. 3. Sanchez,  
lib. 6. n. 7. 9. Sed quidquid sit de his priuilegiis, & de de-  
cione, cap. fin. de officio delegat. in 6. standum metit  
Constitutione Clementis VIII. edita anno 1592. & Con-  
stitutione Gregorij XV. edita an 1621. Quare tenorem  
refert Barbola, allegat. 106. in fine a num. 53. quibus  
caevor, nullum alium conservatorem eligi posse à  
Regularibus, nisi qui qualitates habeat in dicto capite,  
Statutum, præscriptas, designatisque Index sit  
in Synodo prouinciali, vel Dicecelana. Et ob hanc  
causaliam querente Archiepiscopo Turritano, an Regu-  
lares vnius Conventus; Monasterij, vel Dominus alii-  
quem Priorem, seu Guardianum, vel quemvis alium,  
quaeris dignitate Regulari fulgentem in suum Con-  
servatorem eligere, vel deputare possint: Sacra Ca-  
dinalium Congregatio respondit. 6. Octobris anno  
1617. non posse, teste Barbola alleg. 106. n. 15. Hoc  
q. q.